Particularis quæ agit in particulari de æquationibus simplicibus, quadraticis, et quarum dimensionum resolutione, Est autem æquationarum summa ex pluribus terminis partim cognitis partim incognitis composita, quorum alij alijs sunt æquales vel potius qui omnes simul considerati sunt nihilo æquales. Sic si supponatur $x \infty a$ hoc est $x - a \infty 0$ deinde $x \infty b$ hoc est $x - b \infty 0$ itidem $x \infty c$ h.e. $x - c \infty 0$ denique $x \infty d$ h.e. $x - d \infty 0$ his in se invicem multiplicatis ac terminis ad unam æquationis partem translatis exsurget æquatio

$$\begin{array}{lllll} x^4 - a x^3 & + abxx & - abcx & + abcd \infty 0 \\ - b & + bc & - abd & \\ - c & + ac & - bcd & \\ + d & + ad & - acd & \\ & + bd & & \\ & + cd & & \end{array}$$

Unde quæ jam dicta sunt liquido patent ac insuper perspicere licet qua ratione in qualibet æquatione plures radices habente (ut ex sequentibus clarum fiet) quantitas cognita secundi termini æqualis sit summæ omnium radicum et quantitas cognita tertij termini æqualis summæ productorum ex singulis binis et quantitas cognita tertij termini æqualis summæ productorum ex singulis ternis atque ita porro, at vero quantitas cognita ultimi termini æqualis producto ex omnibus. signis ~~ex his~~ sequentium fundamentum dependent maxime notandum ubi præterea advertendum est Advertendum etiam est ipsam æquationem ordinari debere juxta incognitæ quantitatis dimensionis numerum collocando nimirum (velut ex præsenti exemplo patet) ultimo loco terminum nulla incognita quantitate affectum, penultimo terminum affectum quantitate incognita unius dimensionis, postea duarum dimensionum, tum trium atque sic porro deficientibus autem uno vel pluribus terminis, substituendos esse totidem asteriscos *. His sic prælibatis consideranda veniunt æquationis hujusmodi

Radices quæ ~~quantitatem~~ inquisitionem propositæ quæstionis determinant, Sunt

Species sunt triplices sunt n. vel

Veræ quæ semper et quot numero sunt constructioni utiles futuri hic nota ⊕

Falsæ quæ non semper sed quandoque tantum huic inserviunt.

Imaginariæ si n. veræ ac falsæ non sint reales hoc est quantitatem aliquam aut defectum quantitatis denotent, ~~sique~~ valor nec arithmetice nec Geometrice potest exprimi dicuntur Imaginariæ hoc est semper quidem in qualibet æquatione tot radices (ut postmodum dicetur) imaginari licet verum nulla interdum est quantitas quæ illis quas imaginamur respondet.

Numerus hic nota

Et tot quamlibet æquationem admittere radices, quot ipsa habet dimensiones Si n. x supponatur $\infty 2$ s. $x - 2 \infty 0$ et rursus $x \infty 3$ s. $x - 3 \infty 0$